



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta

Neuhusii Paderbornae, 1710

Annus 1638.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29436

Nangasachi in Japoniâ die 17 Octobris
illustri martyrio afferuit fidem Christianam
P. Marcellus Mastrillus Soc. Jesu, qui ante
annos tres Neapoli è morbo lethali, ingenti
prodigo vitæ & sanitati integræ momento
fuit restitutus ope D. Xaverii.

A N N U S 1638.

CÆsariani & Bavari sub Ducibus Savellio & Werthio cogunt Weinmarium
cum ingenti suorum & Gallorum auxiliariū
clade solvere obsidionem Rheinfeldæ; sed
dum agunt securiūs, ab eodem inopinatò
obruti vel trucidantur, vel capiuntur. Wer-
thius, qui omnium diutissimè restitit,
cum Enckenfortio Speerreütero, Fürsten-
bergio, & aliis Præfectis, excepto Savellio,
in Gallias missus fuit, grande donum Ludo-
vico Regi. Victoriam auxere hosti Rhein-
felda dedita cum castro Rötelensi, tum Fri-
burgum Brisgoviae, & demum Brisacum
non vi sed fame domitum.

Felicior fuit res Hatzfeldio supremo Cæ-
saris Tribuno in Saxoniâ inferiore contra
binos Friderici Palatini filios Carolum Lu-
dovicum & Rupertum, quos memorabili
pugnâ ad Lemgoviam 11. Maji profligavit,
capto ipso Ruperto, & Carolo vix ægrè di-
lapso.

Amu-

Amurathes Turcarum Imperator hoc anno tandem Babylonem (aliis Bagdetum dictum) post quartum assultum totius exercitus 30000 armatorum expugnat. Desiderata ex Turcis 40000. plures ex Persis.

Galli cum magna ignominia & damno repelluntur ab obsidione Fontarabiæ . & S. Audomari, cum majore coguntur Hispanis dedere Cremonam in Italia post amissum Ducem Crequium ; recuperant tamen per Ducem Longæ Villæ Lunæ Villam, aliasque nonnullas arces in Lotharingiâ , & in Burgundiâ .

Hollandi in Belgium exscendentes ab Hispanis profligantur, & ab obsidione Geldriæ proturbantur.

Casimirus Polonus Regis Vladislai frater designatus Pro-Rex Lusitaniæ , dum per Franciam incognitus in Hispanias festinat, intercipitur , & Lutetiam captivus abducitur.

Mensis Septembri die 5. post annos 23. sterilis conjugii natus est Regi Galliæ Delphinus. Rex voti causa misit ad B. V. Laurretanam statuam Angeli ex argento solido sustinentis suis ulnis infantem ex auro solo Delphini instar offerendum Deiparæ.

D ,

Regt-

Regina verò cōdem misit duas pretiosissimas coronas, unam pro infante Jesu, alteram pro Virgine Matre.

In Calabriā exeunte Martio horribilis terræ motus urbes consentiam, Stilianum, Nicastrum, aliasque proximas cum omnib⁹ pagis concussit, & aliquot penitus obruit. Nicastrī solus Episcopus & Capucinerum Guardianus mortem evasere,

ANNO 1639.

Dies 18 Julii s̄e viendi & vivendi finem fecit Bernardus Dux Weinmarius in floræ ætatis anno vitæ 35. extinctus peste Brisaci, vel ut alii, veneno, Miles & Dux bello clarus & felix. Moriens Guebriantio Armotico Gallo equum & arma, Comiti verò Nassovio, Erlachio Helveto, Ohemio, & Rosæ, primæ admissionis amicis, singulis decem imperialium millia ex testamento transcripsit, animam, cui servivit; eorum dem curæ commendatus exercitus.

Vendito Gallis Brisaco Weinmarienses eo asse fiunt Francici, eorumque stratego Generali Longævillæo, Coronæ Gallicæ Legato certâ tamen quorundam terminorum moderatione, Sacramentum dicunt.

In Saxonia iterum, ut anno priore, res Catho-